Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift



accrescere solent. Non lege patria
tertio uel altero anno singulos adi-
cienes. sed ubi ad duodecimum nume-
rum augescendo peruenirent pro
integro anno partier inserent.
Hoc autem fecit non ueritatis cogni
tionem quaerentibus inuidendo
sed prophetiae more ipsum quaeren
tium exercendo ingenium. Ma-
lens utrq; suas margaritas a filis
claustras fructuoso sudore uestigari
quam profusas aporcis fastidiosa
despectione calcari. Verum utrhec
apertius elucescant. Ipsa iam angeli
ad prophetam dicta uidemus;
§ Lxx inquit ebdomadas abreuia
tesunt super populum tuum. & sup
urbem sanctuam. ut consumet
praeuaricatio. & finem accipiat
peccatum. & deleatur iniquitas
& adducatur iustitia sempiterna.
& impleatur uisio & prophetia.
& unguatur sanctorum. § Nulli
dubium quin haec uerba xpi in
carnationem designent. qui tu
lit peccata mundi. legem & pro
phetas impleuit. unctus oleo leti
tiae p participibus suis. & quod
ebdomades lxx per septenos annos
distinctae. cccc.tos & xc annos
insinuent. Sed notandum qd
easdem ebdomadas non simplici
adnotatas siue computatas. sed
abreuiatas asserit. Occulte uide
lic& lectorem commonens. ut
breuiores solito annos nouerit in
dicatos. § Scito ergo inquit &
anim aduerte ab exitu sermonis
ut iterum aedificetur hierusalem
usque ad xpm ducem. ebdoma
des septem. & ebdomades lxii fe
runt. & rursus aedificabitur
platea & muri in angustia tempo
ris. § Ezra narrante didicimus
quod neemias cum esset pincerna
regis artaxerxis. xx anno
regni eius mense nisan imperia
uerit abeo restaurari muros
hierusalem templo multo ante
c̄ro permittente constructo.
Ipsum qq opus ut dictum est
in angustia temporis perfecerit
ad eo scilicet a finitimis gentib;
inpugnatus. ut structores sin
guli gladiorenes accincti
una manu pugnasse. altera
murum recuperasse narrent.
Ab hoc ergo tempore usque
ad xpm ducem. ebdomadas
lxx computa. hoc est annos